

*Plenaria perpetua concedenda sit in festo S. Paulae Romanae?*  
Sac. Congregatio diei 13 Septembris 1723 respondit « Pro Gratia ».

LII.

MURANA

*An privilegium maneat, non obstante quod Altare sub eadem invocatione de novo aedificatum fuerit in alio quidem loco, sed in eadem Ecclesia?*

Sac. Congregatio sub eadem die respondit « Affirmative ».

LIII.

CREMONEN

1.<sup>o</sup> *An Missa, quae cantatur a solo Sacerdote sine Ministris Sacris dici possit Solemnis, cum contrariae Sententiae sit Biss. de Miss. Solemn. pag. 92. litt. M. 237, et an assistentes eidem in praedictis festivitibus lucrentur Indulgentiam?*

2.<sup>o</sup> *An Missa, quae dicitur in Ecclesiis Regularium sine cantu et vocatur Conventualis, quia ad eam conveniunt Regulares, dici possit in hoc casu Solemnis?*

3.<sup>o</sup> *An Missa, quae dicitur sine cantu, in Ecclesiis Monialium sit in ejusmodi casu Solemnis, licet dicatur ab earum Confessariis?*

4.<sup>o</sup> *An Missa Parochialis, quae dicitur sine cantu, possit dici Solemnis, licet ad eam pulsentur vel duae vel tres Campanae, et accendantur quatuor vel sex candelae, et quamvis ad eam conveniat populus seu loci Clerus, nam contrariae opinionis est Gavantus, qui tom. 1. parte 1. tit. 15 num. 4. dicit illam esse Privatam non Conventualem seu Solemnem, et an assistentes omnibus praedictis Missis in ejusmodi festivitibus lucrentur Indulgentiam Plenariam?*

Sac. Congregatio diei 14 Novembris 1724 respondit

Ad 1.<sup>m</sup> Negative.

Ad 2.<sup>m</sup> Negative.

Ad 3.<sup>m</sup> Negative.

Ad 4.<sup>m</sup> Negative.

LIV.

Cum Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae innotuerit in nonnullis Ecclesiis Italiae praecipue vero in Regno utriusque Siciliae Orationem Quadraginta horarum noctis tempore intermittere; orta dubitatio est « *An visitantes Augustissimum Eucharistiae Sacramentum modo supra memorato expositum Indulgentiam consequi valeant, cum in Brevibus pro Ecclesiis Italiae hactenus expeditis exposita sint verba « Orationi quadraginta horarum continuatarum non autem interpolatarum? »* Ideo re mature discussa, Eadem Sac. Congregatio declaravit, Indulgentiam ita lucrari minime posse. Ne autem in posterum Christifideles tanto coelestium donorum bono careant, censuit in illis Ecclesiis, in quibus rationabili de causa Oratio quadraginta horarum noctu intermittere consuevit, Indulgentia deinde concedatur ea conditione adjecta, ut non nisi noctis tempore, nempe ab hora vigesimaquarta, usque ad auroram diei immediate sequentis saepedicta Oratio interpoletur. Cum autem votum Sac. Congregationis Sanctissimo Domino Nostro relatum fuerit.

Sanctitas Sua illud benigne approbavit, et eximia, qua Fideles omnes charitate complectitur, mandavit ut ea de re Episcopi certiores fierent, ut quisque suarum Ecclesiarum indigentiae omni, qua decet prudentia, ac diligentia consulere, curando, ut nova Brevia desuper opportuna expediantur.

Datum Romae die 28 Novembris 1724.

L. CARD. PICUS PRAEF.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.

LV.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis trium Ordinum eidem Ministro Generali subditorum. Quia vero in aliquibus aliis Ecclesiis eorundem Ordinum

Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium seu ad aliud longius tempus nondum forsitan elapsum, reperitur concessum, Sanctitas Sua, praevia illorum revocatione, eadem Altaria privilegiata denuo concessit in perpetuum pro Feriis, et cum numero Missarum ut infra.

In Ecclesiis itaque trium Ordinum praefatorum, in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum perpetuum juxta modum, videlicet. In Ecclesiis Fratrum in quibus quatuor Missae quotidie celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, pro una Feria cujuslibet Hebdomadae. In quibus decem Missae, pro duabus Feriis; in quibus quindecim, pro tribus. In quibus vigintiquinque, pro quinque Feriis. Et in quibus trigintaquinque concessit Altare privilegiatum quotidianum. In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium, vel Haereticorum, concessit Altare similiter privilegiatum perpetuum absque expressione numeri Missarum pro una Feria in Hebdomada. Et in Ecclesiis in Regno utriusque Poloniae existentibus, pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria; cum numero trium Missarum pro duabus Feriis; cum numero sex Missarum quotidianum. In Ecclesiis autem Monialium pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet Hebdomadae absque expressione numeri Missarum, sed pro Monialibus tantum, earumque Consanguineis, Affinibus, et Benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis supra relatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur, Indultum sit restrictum ad Sacerdotes dumtaxat Ordinum supra expressorum inibi celebrantes; et quod Altaria, et Feriae pro quibus conceditur privilegium semel tantum ab Ordinariis locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit, quod hujusmodi concessionibus fruantur, non solum Ecclesiae, quas in praesenti jam habent,

verum etiam aliae omnes, quas in posterum praefatus Ordo Minorum, ipsiusque Generales Ministri acquirant.

Datum die 14 Decembris 1725.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LVI.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIII summa devotione motus, qua fervet erga Rosarium Beatae Mariae Virginis, ut adeo Ecclesiae utilis, Deoque accepta devotio in cuncto Christiano Populo magis, magisque augeatur et propagetur, audito Voto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus Rosarium, vel saltem tertiam partem ejusdem devote recitantibus; pro qualibet oratione Dominica, et pro qualibet salutatione Angelica Indulgentiam centum dierum concessit. Recitantibus vero quotidie per integrum annum idem Rosarium, vel pariter saltem ejus tertiam partem, si confessi, ac Sacra Communionem refecti fuerint et pro Christianorum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione oraverint semel in anno, die ab unoquoque eligenda, insuper concessit Indulgentiam Plenariam etiam cum facultate applicandi Defunctis.

Declaravit, tamen Sanctitas Sua ut ad effectum lucrandi praedictas Indulgentias requiratur, ut Rosarium fuerit de more benedictum a Fratribus Ordinis Praedicatorum.

Datum die 13 Aprilis anno 1726.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LVII.

Cum Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Pater Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum supplices preces porrexerit pro declaratione dubii: *An qui Sanctissimum Rosarium B. M. V. recitant, omissa consueta meditatione mysteriorum humanae reparationis, et illorum vice mor-*

tem aut coetera Novissima, vel alia pia, ac religiosa meditantur, Indulgentias, a Summis Pontificibus concessas pro recitatione Rosarii lucrentur? Sacra Congregatio die 6 Augusti 1726 respondit, « Non lucrari » quam Sacrae Congregationis declarationem per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatum, Sanctitas Sua benigne approbavit.

Datum die 13 Augusti 1726.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LVIII.

MOTUS PROPRIUS.

Sanctissimus D. N. Benedictus PP. XIII concessit in omnibus et singulis Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Joannis De Deo, quibus sit proximum Hospitale sub cura Fratrum ejusdem Ordinis Altare privilegiatum perpetuum pro Animabus Fidelium decedentium in Hospitali praedicto, et Fratrum Defunctorum ejusdem Ordinis, hac tamen conditione adjecta, quod supræmora Altaria sint lapidea et consecrata.

Datum die 13 Septembris 1726.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LIX.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Fr. Fulgentii Bellelli Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua, quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis praefati Ordinis.

Quia vero in aliquibus aliis Ecclesiis ejusdem Ordinis Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium vel ad aliud longius tempus, nondum forsitan elapsum reperitur concessum, Sanctitas Sua praevia illorum revocatione, eadem Altaria, privilegiata denuo concessit in perpetuum pro Feriis et cum numero Missarum ut infra.

In Ecclesiis itaque Ordinis praedicti in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum perpetuum juxta modum videlicet.

In Ecclesiis Fratrum supradicti Ordinis, in quibus quatuor Missae quotidie celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro Animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, pro una feria cujuslibet hebdomadae: In quibus decem Missae pro duabus feriis; Et in quibus quindecim pro tribus; in quibus viginti quinque pro quinque feriis; et in quibus triginta quinque, concessit Altare privilegiatum quotidianum.

In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium vel Haereticorum, concessit Altare privilegiatum similiter in perpetuum pro una Feria in hebdomada absque expressione numeri Missarum.

Et in aliis Ecclesiis in Regno utriusque Poloniae existentibus pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria; cum numero trium Missarum; pro duabus feriis; cum numero sex Missarum quotidianum.

In Ecclesiis autem Monialium pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet hebdomadae, absque expressione numeri Missarum sed pro Monialibus tantum, earumque Consanguineis, Affinibus et benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis suprærelatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur; Indultum sit restrictum ad sacerdotes dumtaxat Ordinis supra expressi inibi celebrantes, et quod Altaria et Ferae, pro quibus conceditur privilegium, semel tantum ab Ordinariis Locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit, quod hujusmodi concessionibus fruantur non solum Ecclesiae, quas in praesenti tam habent, verum etiam aliae omnes, quas in posterum praefatus Ordo Eremitarum S. Augustini acquirant.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LX.

Saepius delatum fuit Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae in multis Christiani Orbis partibus, non sine magno Fidelium scandalo evulgata fuisse Summaria quaedam Indulgentiarum, quae falso asseruntur concessae Crucibus, Coronis, sacrisque Numismatibus ab Abbate Monasterii Beatae Virginis Montis Serrati benedictis. Quapropter re mature perpensa multa in praedictis Summariis falsa et apocrypha, aut revocata contineri compertum fuit, et ne Fideles decipiantur, eadem Sacra Congregatio declaravit nullis aliis Indulgentiis, aut privilegiis memoratas Cruces, aut Coronas, aut praefata Sacra Numismata gaudere, nisi illis, quae expressae continentur in Summario hoc anno 1727 nuper Romae Typis R. C. A. impresso et a Sac. Congregatione Indulgentiarum recognito. Caetera autem quaecumque Summaria, sive manu scripta, sive impressa, tamquam apocrypha et expresse a Sanctissimo Domino Nostro revocata eadem Sac. Congregatio damnanda et prohibenda censuit, sub poenis in Indice librorum prohibitorum contentis: Signanter vero assertum quoddam Summarium, quod post titulum incipit « *Noverint universi, et singuli hoc praesens publicum transumptum visuri etc.* » contra mentem Sac. Congregationis Romae impresso elapso anno Typis Zinghi et Monaldi.

Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatis, Sanctitas Sua Sententiam Sac. Congregationis benigne approbavit et in omnibus executioni mandari jussit.

Datum Romae 21 Januarii 1727.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LXI.

ORDINIS SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM.

Sanctissimus Dominus Noster ad humillimas preces Fratris Atilani Perez de Arroyo Procuratoris Generalis totius Ordinis

Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, confirmavit omnia Altaria privilegiata perpetua, quae reperiuntur concessa in nonnullis Ecclesiis praefati Ordinis.

Quia vero in aliquibus Ecclesiis ejusdem Ordinis Altare privilegiatum pro una vel pluribus Feriis cum aliquo determinato numero Missarum ad septennium, vel aliud longius tempus, nondum forsitan elapsam, reperitur concessum, Sanctitas Sua, praevia illorum revocatione, eadem Altaria privilegiata denuo concessit in perpetuum, pro Feriis et cum numero Missarum, ut infra.

In Ecclesiis itaque Ordinis praedicti, in quibus usque adhuc nullum Altare privilegio decoratum existit, Sanctitas Sua concessit unicum tantum Altare privilegiatum juxta modum, videlicet:

In Ecclesiis Fratrum supradicti Ordinis, in quibus quatuor Missae quotidianae celebrantur, concessit Altare privilegiatum pro animabus quorumcumque Christifidelium, quae Deo in Charitate conjunctae ab hac luce migraverint, pro una Feria cujuslibet hebdomadae: in quibus decem Missae pro duabus Feriis: in quibus quindecim pro tribus: in quibus viginti quinque pro quinque Feriis: et in quibus triginta quinque concessit Altare privilegiatum quotidianum.

In Ecclesiis vero sitis in partibus Infidelium vel Haereticorum concessit Altare privilegiatum similiter perpetuum, pro una Feria in hebdomada absque expressione numeri Missarum.

In Ecclesiis autem Monialium, pariter concessit Altare privilegiatum perpetuum pro una Feria cujuslibet hebdomadae, absque expressione numeri Missarum, sed pro Monialibus tantum, earumque consanguineis, affinibus et benefactoribus.

Cum hac tamen declaratione, quod in singulis supra relatis Fratrum Ecclesiis, quibus modo Altare privilegiatum conceditur, Indultum sit restrictum ad Sacerdotes dumtaxat Ordinis supra expressi inibi celebrantes, et quod Altaria et Ferae, pro quibus conceditur privilegium semel tantum ab Ordinariis Locorum designari debeant.

Tandem Sanctitas Sua voluit quod hujusmodi concessionibus

fruantur non solum Ecclesiae quas in praesenti jam habent, verum etiam aliae omnes, quas in posterum Ordo Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum acquirat.

Datum Romae 29 Julii 1727.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LXII.

Litteris in forma Brevis emanatis die 14 Septembris 1724 Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIII omnibus utriusque sexus Christifidelibus ad sonitum Campanae consuetas preces « *Angelus Domini nuntiavit Mariae et concepit de Spiritu Sancto: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum; Et verbum Caro factum est et habitavit in nobis* » et ter Salutationem Angelicam flexis genibus recitantibus semel in mense die ab unoquoque eligendo, si confessi, et Sacra Communionem refecti fuerint, et pro Christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione oraverint, Plenariam Indulgentiam concessit. Reliquis vero diebus praedictas preces ut supra recitantibus Indulgentiam centum dierum.

Quia vero Sanctitati suae expositum fuit, quod saepe Regulares, alique in religiosis Domibus commorantes eo tempore, quo mane, meridie, aut vespere Campanae pulsantur, quibusdam actionibus ad Regularem observantiam spectantibus detinentur et hac causa easdem preces recitare tunc temporis minime possunt ac insimul praefatorum nomine humillime supplicatum fuit, ut ex Apostolicae Sedis dispensatione praedictas preces alio tempore recitando easdem Indulgentias lucrari valeant.

Ideo Sanctissimus Dominus Noster audito Voto Sacrae Congregationis Indulgentiarum Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne indulget, ut Regulares omnes, alique, in Religiosis Domibus commorantes, si dum, ut supra, campanae pulsantur aliquod opus exercent, quod ad Regularem observantiam pertineat, nihilominus supramemoratas Indulgentias acquirere possint dum-

modo statim ac opus praedictum expletum fuerit preces supramemoratas flexis genibus devote recitent.

Datum die 5 Decembris 1727.

L. CARD. PICUS PRAEF.

*Raphael Cosmus de Hieronymis Secret.*

LXIII.

ORDINIS CARTHUSIANI.

Ad humillimas preces Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis die 16 Februarii 1729 Benedictus XIII benigne concessit privilegium quotidianum perpetuum pro omnibus Altaribus S. Brunonis in omnibus Ecclesiis Monachorum et Monialium Ordinis Carthusianorum, in quibus non reperitur concessum, cum revocatione aliorum ad tempus concessorum. Datum Romae etc.

LXIV.

JUSTINOPOLITANA.

*An vi aggregationis Ecclesiae Lateranensi concessum intelligatur privilegium Altaris?*

Sac. Congregatio diei 9 Maii 1729 respondit « Negative »

LXV.

Ad humillimas preces P. Joannis Thony Provinciarum Germano-Belgicarum Agentis Generalis Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIII annuit, quod Ecclesiae Fratrum Minorum Recollectorum Provinciae Germaniae superioris, sive Argentinae gaudeant Privilegio perpetuo pro duabus feriis in hebdomada absque expressione numeri Missarum, in illis tamen Ecclesiis in quibus Fratres illius Provinciae Missionibus, et aliis Pietatis et Misericordiae operibus occupati determinato numero Missarum injuncto in Indulto generali sub die 14 Septembris 1725 satisfacere non possunt. Datum die 20 Julii 1729.

*J. Archiepiscopus Tyri Secret.*

LXVI.

Sanctissimus Annuit, quod Ecclesiae Fratrum Minorum Discalceatorum Ordinis S. Francisci Provinciae tantum S. Didaci de Mexico in nova Hyspania gaudeant privilegio unius Altaris quotidiani perpetui absque expressione numeri Missarum, non obstante conditione apposita in Indulto generali concesso Universo Ordini. Datum Romae die 14 Septembris 1729.

*J. Archiepiscopus Tyri Secret.*

LXVII.

AVVERTIMENTI NECESSARI

PER BEN REGOLARE IL DIVOTO ESERCIZIO DELLA VIA CRUCIS.

Avendo la Santità di N. S. Papa Clemente XII alle suppliche del Procurator Generale dell'Ordine de' Frati Minori di S. Francesco detti dell'Osservanza, tanto a nome suo come del Ministro Generale dello stesso Ordine, ampliata l'Indulgenza della Via Crucis con suo Breve in data delli 16 di Gennaio 1731, dal quale restano tolti alcuni dubbii ch'erano insorti dopo il Breve della S. M. di Benedetto XIII suo predecessore; si degnò la Santità Sua, mosso dal Paterno suo zelo per la salute delle anime, di ordinare al Cardinal Prefetto della Sac. Congregazione delle Indulgenze, che nel tempo stesso si fossero stabilite quelle regole e avvertimenti, ch'avessero potuto contribuire, acciocchè un sì santo e profittevole esercizio in cui deve meditarsi quell'atroce Passione, che il Nostro Redentore s'umiliò a soffrire *ob nimiam charitatem, qua nos dilexit*, si faccia da' Fedeli con quella divozione e raccoglimento, ch'è necessario a conseguire quell'effetto, che abbondantemente suol derivare. In esecuzione pertanto degli ordini, e della pia mente di Sua Santità si danno così a quelli che erigeranno le Vie Crucis, come alle persone, che vorranno approfittarsi di una tal devozione gli avvertimenti che sieguono.

1.º Che essendo stata conceduta la facoltà di erigere le Vie Crucis alli Religiosi sudd. al Ministro Generale de' Frati

Minori sì Osservanti, che Riformati, *privative quoad alios quoscumque* non è lecito ad altri erigerle, ed erigendosi non godono le Indulgenze.

2.º Che non possono essere erette se non da' superiori locali dell'Ordine sudd. o di loro commissione da un altro Religioso dello stesso Ordine, il quale però sia Predicatore o almeno Confessore approvato.

3.º Che debbono erigersi nella forma consueta, e sin'ora praticata nell'Ordine sudd.; cioè che sieno quattordici Stazioni, e che le Croci, o Cappellette rappresentino i Misteri della Passione. In quei luoghi poi, ne' quali si erigesse fuori della Chiesa come si usa in molti Conventi del detto Ordine, si procuri sempre di terminare o cominciare dalla Chiesa, o luogo Sacro, con avvertire onninamente, che le Cappellette siano chiuse con cancelli da non potervi entrare nè persone nè gli animali, e che tanto esse, quanto le Croci siano collocate in luoghi non soggetti ad irriverenza, ed in caso che in progresso di tempo divenissero indecenti, debbano i Superiori sospenderle, sopra di che s'incaricano strettamente le loro coscienze.

4.º Che nella stessa Chiesa o Luogo Pio, quando sia capace, sarà bene erigere per maggior comodo del popolo due Vie Crucis, una delle quali serva per gli uomini, e l'altra per le donne, e quando una si pianti fuori di Chiesa, se ne erigga sempre un'altra nella Chiesa, qualora questa sia di tal capacità, che basti per non fare confusione, acciocchè in tempo di pioggia o d'altro impedimento si possa nonostante praticare così santo esercizio.

5.º Che questa pratica sia uniforme in tutti i luoghi senza alterare punto quella che s'è osservata fin'ora nei Conventi dell'Ordine, cioè o processionalmente da tutto il popolo sotto la direzione di uno o più Sacerdoti, ovvero privatamente da ognuno. Quando si faccia la Via Crucis nel primo modo si disponga la Processione in maniera che gli uomini vadano separati dalle donne, cioè quelli prima, e queste dopo con uno o più Sacerdoti intermedj e ad ogni stazione un Chierico o Sa-